Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

P.Terentij sex:|| quae extant: Comoediae. An=||dria. Eunuch[us]. Heautontimo=||rumenos. Adelphi. Ecyra.|| Phormio.|| ... [qui]=||b[us] erudita Philippi Melę Brettani p̃posita est epi||stola ... || ...

Terentius Afer, Publius

Lipsiae, 1519

Actvs qvartvs

urn:nbn:de:bsz:31-114211

Visual Library

Venisse clanculum per impluuium, fucum factum mulieri,
At quem deum? qui templa cœli summo sonitu concutit.
Ego homuncio hoc non facerem? ego illud uero ita feci ac iubés.
Dum hæc mecum reputo, accersitur lauatum interea uirgo,
It, lauit, redit. deinde illam in lecto illæ collocant.
Sto expectãs, si qd mihi imperent. uenit una, heus tu (inqt) Dore,
Cape hoc flabellum, & uentulum huic sic facito dum lauamus.
Vbi nos lauerimus, si uoles lauato. accipio tristis. An.
Tum equidem istuc os tuum impudens uidere nimium uellem
Qui esset status, flabellum tenere te asinum tantum. Ch.
Vix elocuta st hæc, foras simul omnes proruunt se,
Abeunt lauatum, perstrepunt, ita ut fit, domini ubi absunt.
Interea somnus uirginem opprimit. ego limis aspecto
Sic per flabellum clanculum, & simul alia circumspecto
Satin explorata sint. uideo esse, pessulum hostio obdo. An.
Quid tum? Ch. quid tum fatue? An. fateor!
Ch. an ego occasionẽ mihi ostẽtatã tã breuẽ, tã optatã, tã isperatã
Amitterem? tum pol ego is essem uere qui assimulabar. An.
Sane hercle ut dicis, sed interim de symbolis quid actum st? Ch.
Paratum st. An. frugi es, ubi? domi? Ca. immo apd libertũ discũ,
An. Perlonge st. Ch. sed tãto otius properem. An. muta uestẽ. Ch.
Vbi mutem? perii. nam domo exulo, nunc metuo fratrem
Ne intus sit. porro autem pater ne rure redierit iam. An.
Eamus ad me, ibi proximum st ubi mutes. Ch. recte dicis,
Eamus. & de istac simul re, quo pacto porro possim
Potiri, consilium uolo capere una tecum. An. fiat.

ACTVS QVARTVS.

DORIAS ANCILLA

¶ Eiusdem rationis.

Ta me dii bene ament, quantum ego illum uidi, non
nihil timeo misera,
Ne quã ille hodie insanus turbã faciat, aut uim Thaidi.
Nam postq̃ iste aduenit Chremes adulescens frater uirginis,
Militem rogat, ut illum admitti iubeat. ille continuo irasci,
Neq; negare audere. Thais porro instare, ut hominem inuitet.
Id faciebat retinendi illius caussa, quia illa quæ cupiebat
De sorore eius indicare, ad eam rem tempus non erat.
Inuitat tristis, mansit ibi. illa cum illo sermone illico occipit.
Miles uero sibi putare adductum ante oculos æmulum,
Voluit facere contra huic ægre, heus (inqt) puer Pamphilam
Accerse, ut delectet hic nos. illa exclamat, minime gentium,
In cõuiuium illam miles tendere inde ad iurgium.
Interea aurum sibi clam mulier demit, dat mihi, ut auferam.
Hoc est signi, ubi primum poterit, se illinc subducet scio.

PHAEDRIA.

Senarii.

Vm rus eo, cœpi egomet mecum inter uias,
(Ita ut fit, ubi quid animo est molestiæ)
Aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in
Peiorem partem. quid opust uerbis? dum hæc reputo,
Præterii imprudens uillam, longe iam abieram,
Cum sensi. redeo rursum, male uero me habens.
Vbi ad ipsum ueni diuerticulum, constiti,
Occœpi mecum cogitare, hem biduum hic
Manendum? soli sine illa? quid rum postea?
Nihil est, quid nihil? si non tangendi copiast,
Eho ne uidendi quidem erit? si illud non licet,

Saltem hoc licebit. certe extrema linea
Amoris haud nihil est, uillam prætereo sciens.
Sed quid hoc est, quod timida subito egreditur Pythias?

PYTHIAS. DORIAS. ANCILLAE. PHAEDRIA.

¶ Quadrati, Senarii, & Dimeter unus.

Bi ego illum scelerosum misera atq; impium inueniã?
aut ubi quæram? (quid sit uereor. Py.
Hoccíe tam audax facinꝰ facere esse ausum? perii. Phæ. hoc
Quinetiam insuper, scelus postq̃ ludificatust uirginem,
Vestem oẽm miseræ discidit, tum ipsam capillo conscidit. Phæ.
Hem. Py. Qui nunc si detur mihi;
Vt ego unguibus facile illi in oculos inuolem uenefico? Phæ.
Nescio quid profecto absente nobis turbatumst domi,
Adibo, quid istuc? quid festinas? aut quem quæris Pythias? Py.
Hem Phædria, egon quem quæram? Abi hinc quo dignus es
Tuis tam lepidis. Phæ. Quid istuc est rei? Py. (cũ donis
Rogas me? Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit?
Virginem quã heræ dederat dono miles, uitiauit. Phæ. qd ais? Py.
Perii. Phæ. temuléta es. Py. utinã sic sint, q mihi male uolũt. Do.
Hau obsecro mea Pythias, quid istuc nam monstri fuit? Phæ.
Insanis, qui istuc facere Eunuchus potuit? Py. ego illum nescio
Qui fuerit, hoc quod fecit res ipsa indicat.
Virgo ipsa lachrumat, neq; cum rogites quid sit, audet dicere.
Ille aũt bonus uir nusquã apparet, etiam hoc misera suspicor,
Aliquid domo abeunté abstulisse. Phæ. Nequeo mirari satis,
Quo nã ille abire ignauos possit longius, nisi si domũ
Forte ad nos redierit. Py. uise ãabo nũ ibi sit? Ph. Iã faxo scies. Do.
Perii obsecro tam infandũ facinus mea tu, ne audiui quidem Py.

At pol ego amatores audieram esse mulierum eos maxumos,
Sed nihil posse, uerum miseræ non in mentem uenerat.
Nam illum aliquo cōclusissem, neq; illi commisissem uirginem.

PHAEDRIA. DORVS. PYTHIAS. DORIAS.

Senarii, Septenarii, & Octonarii.

Xi foras sceleste, at etiam restitas
Fugitiue? prodi male conciliate. Do. obsecro. Ph. oh.
Illud uide os ut sibi distorsit carnufex.
Quid huc reditiost? quid uestis mutatiost?
Quid narras? paululum si cessassem Pythias
Domi non offendissem. ita iam adornat fugam. Py.
Habes ne hominē amabo? Ph. qd ni habeā? Py. o factum bñ. Do.
Istuc pol uero bene. Py. ubi est? Ph. rogitas? non uides? Py.
Videam obsecro quē? Ph. hunc scilicet. Py. qs hic est homo? Ph.
Qui ad uos deductus hodiest. Py. hunc oculis suis
Nostrum nunq; quisq; uidit Phædria. Ph.
Non uidit? Py. An tu hunc credidisti esse obsecro
Ad nos deductum? Ph. nam qui alium habui neminem. Ph. hau
Ne comparandus hic quidem ad illumst, ille erat
Honesta facie & liberali. Ph. Ita uisus est
Dudum, quia uaria ueste exornatus fuit,
Nunc eo tibi uidetur fœdus, quia illam non habet. Py.
Tace obsecro, quasi uero paululum intersiet.
Ad nos deductus hodie est adulescentulus,
Quem tu uero uidere uelles Phædria.
Hic est uetus, usetus, ueternosus, senex,
Colore mustelino. Ph. Hem quæ hæc est fabula?
Eo redigis me, ut quid egerim egomet nesciam.

Eho tu, num ego te? Do. emisti. Py. iube mihi denuo
Respondeat. Ph. roga. Py. uenistin hodie ad nos? negat.
At ille alter uenit annos natus sexdecim,
Quem secum adduxit Parmeno. Ph. age dum hoc mihi expedi
Primum, istam quam habes, unde habes uestem? taces?
Monstrum hominis, nō dictur? Do. uenit Chærea. Ph. Frater ne?
Do. ita. Ph. quando? Do. hodie. Ph. q̄ dudum? Do. modo.
Ph. Qui cum? Do. cum Parmenone. Ph. noras ne eum prius?
Do. non, nec qs esset unq̄ audiueram dicier. Ph. uñ igit frém meū
Esse sciebas? Do. Parmeno dicebat eum esse, is dedit mihi hanc.
Ph. occidi. Do. Meam ipse induit, post una ambo abierunt foras.
Py. Iam ne satis credis me sobriam esse, & nihil mentitam tibi?
Iam satis certum st uirginem uitiatam esse? Ph. age nunc belua,
Credis huic quod dicat? Py. quid isti credam? res ipsa indicat. Ph.
Concede istuc paululum, audin etiam nunc paululum, sat est,
Dic tu hoc rursum. Chærea tuam uestem detraxit tibi? Do.
Factum. Ph. & east indutus? Do. factum. Ph. & pro te huc deduct?
Do. ita. Ph. Iupiter magne, o scelestum atq̄ audacem hominem.
Py. uæ mihi miseræ, Etiā nunc non credis indignis nos esse irrisas?
Ph. Mirē, ni tu credas quod iste dicat. Py. qd agā nescio. (modis?
Ph. Heus tu, negato rursum, possum ne hodie ex te exculpere
Verum, uidistin fratrem Chaream? Do. non. Py. non potest sine
Malo fateri uideo, sequere hac, modo ait, modo negat,
Ora me. Do. obsecro te uero Phædria. Ph. I intro.
Do. hoi, hei, Ph. Alio pacto honeste quo modo hinc abeā nescio,
Actum st siquidem, tu me hic etiam nebulo ludificaberes? Py.
Parmenonis tam scio esse hāc technā, q̄ me uiuere. Do, sic est. Py.

Inueniam Pol hodie parem ubi ei referam gratiam,
Sed nunc quid faciundum censes Doria? Do. de istac rogas
Virgine? Py. ita, utꝝ taceam an ne prædicem? Do. tu pol si sapis,
Quod scis nescias, neq; de istoc Eunucho, neq; de uitio uirginis.
Hac re & omni te turba euolues, & illi gratum feceris.
Id modo dic, abisse Dorũ. Py. ita faciã. Do. sed uideon Chremẽ?
Thais iã aderit. Py. qd ita? Do. qa cũ inde abeo, iam tũ incœperat
Turba inter eos. Py. Aufer aurum hoc, ego scibo ex hoc quid siet.

CHREMES. PYTHIAS.

¶ Octonarii.

a Tat data hercle uerba mihi sunt, uicit uinum qd' bibi.
Ac dum accubabã, q̃ uidebar mihi esse pulche sobrius?
Postq̃ surrexi, neq; pes, neq; mens satis suum officium facit. Py.
Chreme? Ch. quis est? ehem Pythia, uah quanto nunc formosior
Videre mihi q̃ dudum. Py. certe tu quidẽ pol multo hilarior? Ch.
Verbum hercle hoc uerum est, sine Cerere & Baccho friget Venus.
Sed Thais multo ante uenit. Py. an ne abiit iam a milite? Ch.
Iamdudum ætatem, lites sunt inter eos factæ maxumæ. Py.
Nihil dixit tum ut seq̃rer sese. Ch. nihil, nisi abiẽs mihi innuit. Py.
Eho nonne id sat erat? Ch. at nesciebam id dicere illam, nisi quia
Correxit me miles, quod intellexi minus. nam me extrusit foras.
Sed eccam ipsam, miror ubi ego huic anteuorterim.

THAIS. CHREMES. PYTHIAS.

¶ Octonarii, & Septenarii,

Credo quidem illum iam affuturum esse, ut illam a
c me eripiat. sine
Vt ueniat, q si illam digito attigerit uno, oculi ilico effodientur.
Vsq; adeo ego illius ferre possum ineptias, & magnifica uerba,

Verba dum sint. uerum eñ si ad rem conferent, uapulabit. Chre.
Thais ego iam dudum hic adsum. Tha. O mi Chreme teip-
sum expectabam.
Scin tu turbam hanc, te ꝓpter esse factã? & adeo ad te attinere hãc
Oém ré? Chre. ad me? q? q̃ si ego istuc. Th. qa dũ tibi sororẽ studeo
Reddere & restituere, hæc atq; hmõi sum multa passa. Chre.
Vbi ea? Tha. Domi apud me. Chre. Hem. Tha. Quid est?
Educata ẽ ita, uti te illaq; dignũst. Chre. qd ais? Th. id qd res est.
Hanc tibi dono do. neq; repeto pro illa abs te quidq̃ precii. Chre.
Et habet, & refertur a me Thais tibi: ita uti merita es: gra. Tha.
At eñ caue, ne priusq̃ hanc a me accipias, amittas Chreme,
Nam hæc ea est, quã miles a me ui nunc ereptum uenit.
Abi, tu cistellam Pythias domo effer cum monumentis. Chre.
Viden tu illũ Thais? Py. ubi sita est? Tha. in Risco, odiosa cessas?
Chr. Militẽ secũ ad te quãtas copias uideo adducere, at at. Th.
Num formidolosus obsecro es mi homo? Chre. Apagesis,
Egon formidolosus? nemo est oim, qui metuat minus. Tha.
Atq; ita opus est. Chre. Hau metuo, quem tu me esse hoiem existu-
Immo hoc cogitato, q cũ res tibi est, peregrinꝰ est, (mes? Tha.
Minus potẽs q̃ tu, minus notus, amicoꝝ hic minus hũs. Ch.
Scio istuc, SED tu quod cauere possis, stultum est admittere.
Malo ego nos prospicere, q̃ hunc ulcisci accepta iniuria.
Tu abi, atq; hostiũ obsera intus, dum ego hinc trãscurro ad foꝝ.
Volo ego adesse hic aduocatos nobis in turba hac. Th. mane. Ch.
Melius est. Th. Mane. Ch. Omitte, iam istic adero. Th. Nihil opus
est istis Chreme.
Hoc dic modo, sororem illam tuam esse, & te paruam uirginẽ
Amisisse. nunc cognosse, signo ostende. Py. adsunt. Tha. cape.

Si uim faciet, in ius ducito hoiem. intellextin? Chr. pbe. Tha.
Fac hæc animo præsenti dicas. Chre. faciã. Tha. attolle pallium,
Perii, huic ipsi opus est patrono, quem defensorem paro.

THRASO. GNATO. SANGA. CHREMES. THAIS.

¶ Septenarii, & Quadrati.

Anccine ego contumeliam tam insignem in me acci
h cipiam Gnato?
Mori me sati? est. Simalio, Dorax, Syrisce, seqmini.
Primũ ædeis expugnabo. Gna. Recte. Thra. Virginé eripiam. Gna.
Probe. Tha. ¶ cum uecte
Male mulctabo ipsam. Gna. Pulchre. Thra. In medium huc agmé
Dorax, tu Simalio in sinistrum cornu, tu Syrisce in dextrum.
Cedo alios, ubi cẽturiost Sãga? & mãipul? fux? San. Eccũ adest. Th.
Quid ignaue peniculo pugnare (qui istunc huc portas) cogitas?
San. Ego ne imperatoris uirtutẽ noueram, & uim militum?
Sine sanguine hoc fieri nõ posse, quin abstergerẽ uulnera. Thra.
Vbi alii? San. Qui malũ alii? solus Sannio seruat domũ. Thra.
Tu hosce instrue, hic ego ero post principia. inde oib? signum da-
Illud ẽ sapere, ut hosce istruxit, ipe sibi cauit loco. Thra. (bo. Gna.
Idem hoc Pyrrhus factitauit. Chre. uiden tu Thais quã hic agit?
Nimirũ consilium illud rectũ est, de occludendis ædibus. Tha.
Sane qui tibi nunc uir uidetur esse, hic nebulo magnus est.
Ne metuas. Chr. qd uideẽ? Gna. fundã tibi nũc nimis uellem dari.
Vt tu illos procul ex occulto hinc cederes, facerent fugam. Tha.
Sed eccam Thaidẽ ipam uideo. Gn. q̃ mox irruimus. Thra. Mane.
OMNIA prius experiri consilio, q̃ armis sapientem decet.
Qui scis an quæ iubeam sine ui faciat? Gna. Dii uestram fidem
Quanti est sapere, nunq̃ accedo quin abs te abeã doctior. Thr.

Thais, hoc primũ mihi respondę. cum tibi do istam uirginem,
Dixtin mihi hos dies soli dare te? Tha. Quid tum postea?
Thra. rogitas? q̃ mihi añ oculos corã amatorẽ adduxisti tuũ. Tha.
Quid cum illo agas? Thra. & cũ eo clam subduxti te mihi. Tha.
Libuit. Thra. Pãphilam ergo huc redde, nisi ui mauis eripi. Chre.
Tibi illã reddat? aut tu illã tãgas oĩm? Gna. ah qd ais? tace. Chre.
Quid tu tibi uis? Thr. egõ nõ tãgã meã? Ch. tuã ãt furcifer? Gna.
Caue sis, nescis cui maledicas uiro. Chre. non tu hinc abis?
Scin tu ut tibi res sese habeat? si qcq̃ hodie hic turbæ cœperis,
Faciam ut huius loci, dieiq̃, meiq̃ semper memineris. Gna.
Miseret tui me, qui hunc tantũ hominẽ facias inimicũ tibi. Chre.
Diminuã ego tibi caput hodie, nisi abis. Gna. Ain uero cãnis?
Sic ne agis? Thra. quis tu hõ es? quid tibi uis? qd cũ illa rei tibi est?
Chre. Scibis. pricipio eã esse dico liberã. Thra. Hẽ? Chre. ciuẽ Atticã.
Thra. Hui. Chre. Meam sororẽ. Thra. Os durum.
Chre. miles, núc adeo edico tibi, ne uim facias ullã in illam. Tha.
Ego eo ad Sophronã nutricẽ, ut eam adducã, & signa ostẽdã hæc.
Thra. Tun prohibeas meã ne tangam? Chre. Prohibeo inq̃.
Gna. Audin tu? hic furti se alligat. Chre. Satin hoc tibi est?
Thra. idẽ hoc tu ais? Tha. quære q respõdeat. Thr. qd núc agim?
Gna. qn redeam? iã hæc tibi aderit supplicãs ultro. Thra. Credin?
Gna. Immo certe, noui ingenium mulierum,
Nolunt ubi uelis, ubi nolis cupiunt ultro. Thr. bene putas. Gn.
Iam dimitto exercitũ. Thr. ubi uis. Gn. Sanga: uti fortes decet
Milites: domiq̃ foriq̃ fac uicissim ut memineris. Sa.
Iam dudum anim? est in patinis. Gn. frugi es. Thr. uos me hac se-
quimini,

ACTVS QVINTVS.